



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXVI. An Deus & Sancti rectè colantur Templis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

AD VI. *Signo Crucis*, ait S. Athanasi-
us lib. de Incarn. omnia magica compescun-
tur supernaturaliter: quod superstitionis
characteres non possunt. Vide Bell. li. 2.
de Sanctis c. 30. Et meum! *Lutherio-c. p. i. q.*
82. Et Antichristo. p. i. q. 25.

QUÆSTIO XXVI.

*An Deus & Sancti reclè colantur TEM-
PLIS?*

HÆRESIARCH. Aiani & Donatistæ templo
Catholicorum profanabant, d. spoliabant, odio
Religionis; non, vt Ethnici, odio Templi aut Nomi-
nis Christiani teste S. Athan. in apog. Theodoreto l.
4. h. 8. c. 19. 10. &c.

MANICHÆS, t. ste Aug. l. 20. contra Faustum. c. 3. 4.
expi. brabant Catholicis templo, aras, &c. quod in-
star Gentilium & Iudæorum.

MASSALLANI item anno 361. §. v. orti in Conc. O-
rient. damnati anno 425. teste Socrate l. 2. h. 33. aras
ac templo execrati, in ædibus orandum esse doce-
bant. Sicut & Eustathius.

PETRO BRUSIANI similiter sub anaum 126. Dein
Albigenses; Tum VValdenses; postea Taboritæ. &c.
templo dei ferunt, vt quibus omnia loca suis apta
coeribus essent profani.

LUTHERO-CALVINISTÆ admittunt tem-
pla; sed ad Concionestantum & Sacra-
menta ministranda.

Hinc Magdeburgenses Cent. 4. c. 6. multis
carpunt ritus Consecrandi ecclesiæ: Cent. 6. R. o-
dunt sumptus fabricarum; & quod in Marty-
rum honorem ponantur.

Ad Orandum fieri oportere negant. Calui-
niani eadem reprehendunt.

CALVINVS in prefat. Inf. traducit ornatum
templorum: Et Inf. l. 1. c. 11. §. 13. Ornatum afferit
verum Conciones & Sacramenta.

Ideem l. 3. c. 20. §. 30. Erigi concedit templo ad
communes preces quidem; nullam tamen in-
esse templo sanctitatem, vnde preces commé-
dentur.

AN ABAPTISTÆ Transylvani in Antihæfibus
Christi veri & Falsi, etiam istud omne negant té-
plis fugæ; sed sylvicola cætus nocturnos 2-

gunt, vt noui Gnostici: Sic & VVicessiste, &
Manichæi.

PAPISTA. Quæ istorum argumen-
ta sint; etiam refutata repele ex meo
Lutherio cal. p. i. q. 83.

S. Scripturæ verò testimonia exhibe-
tur in *Anich. isto. p. i. q. 26.*

I. VERBO DEI & Sacramentis Tem-
plaritè parantur:

1. Vnde cum Gregorio Neocæ-
sar. parum loci esset, vbi templum insti-
tuerat collocare, vicinam rupem preci-
bus removit, teste Euseb. libr. 2. hist.
c. 25.

2. Ad Res sacras subinde conve-
nire necesse est populo; huc igitur loco
certo publico que opus; sicut & politicis
negotioris sua sunt destinata loca.

II. SACRIFICIIS opus est Templo:

1. Cū sacrificia non sine artis patrētur;
templa autem altarium sint dona; plu-
ne ad sacrificia requiritur tēpla Pulce
Aug. l. 8. Ciuit. c. vlt. Nos martyribus Tem-
pli. Sacerdotia, Sacra, & Sacrificia consti-
tutus: Quoniam non i. ss. sed Deus eorum no-
bis est Deus. &c.

Non autem ista esse sacrificia Martyrum
nouit, qui nouit Vnum, quod Deo illic offer-
tur, Sacrificium Christianorum.

III. ORATIONIBVS Publicis Priu-
atisque Oratoria aperiuntur.

1. Quia eam cunctis nationibus le-
gem natura inscriptam factis ipsis decla-
rauit. Vnde Chrys. hom. 30. contra A-
nomæos. Dicit: Orare domi possumus. Me-
gno in errore versaris. Fieri non potest, vt di-
mitam bene ores quam in Eccl. si.

2. Hinc Theodosius Imp. ait Ru-
finus l. 2. hist. c. 33. circumbat omnia or-
tionum loca. Et Augustinus epist. 109.
mul-

multa in templis miracula ab comprehensantibus impetrata prodit. Ideo monet ibidem & in Regula: *In Oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod factum est; unde & non men accepit.*

3. Apostolus, ducta similitudine à veris templis, saepius dicit corpora nostra esse templum Sp. Sancti. 2. Cor. 6. *Vosestis Tempum Dei vini. Et Aug. l. 2. ad Simplicianum q. 4. ait* Dauidem ante Arcam orasse; quod ibi sacratior locus esset, & commendatior præsentia Domini.

4. Promisit Deus Salomonæo, 3. Reg. 9. ergo magis Christiano cuique templo, se ibi auditurum comprecatueros. Huc adiuuat, quod tempora sunt accommodatoria ad ardentius orandum; ob præsentiam Eucharistie, Reliquiarum, crucis, imaginum. &c.

IV. SANCTIS sancte Memoriae & Martyria construuntur. Ita, teste Cypriillo Catech. 16. ecclesia est posita Apostolis, ubi Sp. Sanctum acciperat, Talium plena historiæ. Aug. l. 8. Ciuit. c. 26. Hoc dolet, ethnicis, quod Memoriae Martyrum nostrorum templis eorum d. lubrisque successerunt.

2. RATIO fauet. Quia ait S. Hier. epist. 17. Venerabantur quondam Iudei Sancta Sanctorum, quia ibi erat Arca. Nonne ibi venerabilius videtur Sepulcrum Domini? aut, Reliquiae Sanctorum? Nam haec videntur haud paulo Sanctiores, quam Arcalignea. 1. Cor. 6. Membra enim nostra templum sunt Sp. Sancti. 2. Cor. 13. An experimentum queritis eius, qui loquitur in me, Christus?

Templata mēn à Basiliis quidam distinguunt cum Aug. l. 22. Ciuit. c. 10. Nos Martyribus non Tempa, sicut Dīs, sed Memo-

rias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuum spiritus, fabricamus.

Illis templo, vti & Sacrificia, soli Deo fiunt. Evidem malim distinctionem petere ab intentione Ecclesiæ docentis de templis ædificandis, quam ab Vocabulivsurpatione.

Hæc enim varia est, illa vna constans ac certa, Deo principaliter omnes Aedes sacras ponit, secundario Sanctis.

QUÆSTIO XXVII.

Antoler abilis sit templorum ORATVS?

HÆRESIARCH. PETRVS BRVIS sub annum 1126. Hic usq; Sectatores Petrobrusiani: itemque VVICLEFFISTAE omnem templorum ornatum damnant hoc amplius, quod tempia ipsa excrentur infestus.

LUTHERANI æquè ac CALVINIANI ipsorum innouant impietatem, Aedesque sacras denudant. Idque zelose & cum ratione facere videri volunt.

PAPISTA. Sic assolent. I. Sed luculentis S. Scripturæ & Basilicis exemplis contradicunt iudicem Sacrorum hostes. Vide in meo Antichristo, parte i. question.

27.

II. S. Patres quoquæ vix ampla satis encomia queunt repetire, quibus embellant templorum Autores atque oratores.

Vnde Paulinus natali 3. S. Felicis: *Aurea nunc niueis ornantur Limina ve-*
lis.

S. Ambr. l. 1. de Off. c. 21. Maxime sacerdoti conuenit ornare Dei templum decore congruo; vt etiam hoc cultu aula Domini resplendeat.

III. Quamquam iidem S. Patres profanos cultus & ambitiosos, in ecclesias